


This image shows a single page from a medieval manuscript, likely a legal or ecclesiastical document given the Latin language and formal structure. The page is filled with dense handwritten text in black ink, with several sections highlighted in red ink. Large, ornate red initials mark the beginning of new sections. The layout is organized into two columns, with the right column starting with a prominent 'T'.



Erasmus Roterodamus Luduico Bero
Theologo Salutem.

Eruditus vir belle nobis consuluit Lutherus: qui furiosis quibusdam Monachis optatissimum, tēlum porrexit / quo seuiant in capita bonorum virorum, & in optimas litteras, Egregius vindex Euangelicę libertatis quam ita tentauit. vt verear, ne pro simplici iugogeminum sit nobis ferendum. Atq; ipse quidem in tuto est, ac tanto atrocius hec phanaticę belue / ac deuoti hostes melioris eruditionis sequuntur / in optimū quēq; me in omnib; cōcionib; i cōuiuīs, i colloquiūs / lapidāt cōuiciūs vt nec / ipsi Stephano cessur videar. Ille semel obrutus fine malorū inuenit. Ego sine fine lapidor a tot examinib; monachorum / interim tamē bene meritus de ipsis. Res acerbitate Lutheranorū / & stoliditate Monachorum in eum locum deducta est vt ego sane nullum videam exitum nisi res humanae magni tumultu misteantur. Quis Cacodemōn hoc pessimū semen inseuit rebus mortaliū? Adnixus sum cum essem colonię / vt Lutherus auferret laudem obedientis / Pontificis clementię: & placebat regibus quibusdam / consilium: & ecce incendium Decretaliū / Capititas Babilonica / Assertiones articulorum / reddiderunt malum immedicable. Sic agit Lutherus quā si seruari nolit, adeo stolide hi gerunt rem apud populum quasi cūm Luthero colludant. Quod vnum super est mihi Bere precor. vt Christus optimus Maximus omnia in bonum vertat / Solus enim ille potest. Iam primum istuc ituriebam: sed erant que me ad huc res-

morabantur / spero me ad futurū autumno proximo
interim Christus seruet te tuosq; omnes in columnes.
Louanijs pridie idus Maias.

Idem Erasmus ad amicum quendam:

Vbi cognouissem Reuerendissimū Cardinalē Brugñ
cum Cæfare congressurum / eo me contuli / quo com-
plures amicos illic & viderem & amplecterer : quib⁹
mihi nihil / in vita neq; charius / neq; dulcior . Bona
quædam spes habebat animum meum ad futurum &
Reuerendissimum dominum Ruffeñ / sed eum fefel-
lit . Librum quem rex Anglię scripsit aduersus Lu-
terum vidi tantum / nō dum accepi / tam et si eum sepe
promisit Reuerendus dominus Eboraceñ / quis non
expostulet huiusmodi principis animū? qui sicet or-
net studia nostra / & religionem defendat Olim sum-
ma pietas erat / si reges armis tutati fuissent tranquil-
litatem Christianam hic ingenio calamoq; / satis de-
clarat / quid prestitur⁹ sit si res arma ex postularit . Cō
fido fore / vt hoc pulcherrimum exemplum / & ceteri
principes studeant emulari ac tandem opinor / pude-
bit sacerdotes ac Monachos nihil scire sacrarum lit-
terarum posteaç̄ viderint / tantum principem in his
studijs eo progressum esse / vt libris etiā editis catho-
licę religioni patrocinetur . Ex proceribus / precipue
Mancio / certū persuasumq; habeo librum ipsius mar-
te / quod aiunt / confectum esse . Nec dubito / quin illo
felicissimo ingenio sit dignissimus / quo vnicē valet /
quocunq; se int̄cederit . Qua de re plura scribam / Vbi

A ij

volumen perlegero. Video tempestatem esse multo
periculosisimam. in qua mihi Video cursum sic esse
moderandum / vt nec Christi negocium deferā / ho-
minibus adulando / nec me frustra in discrimē aliqd
conīciam. Luterus fere omnia scripsit seditione / id ne
mo negat / multaq; preter rem / & absurde / quēdam
parum pie / sed hec scylla nobis ita Vitanda est ne de-
feramur in charybdim. Vrgent quidam vt non nihil
scribam in Lutherū. Vbi me extricauero / ab his a qui-
bus mire distringor / Id autem brevifiet / accingar ad
legēdos omnes libros Lutheri / & eorum qui scripse-
runt aduersus hunc Nec enim temere res est tentāda.
Hec forte conabor efficere / vt nec Pontificis Ro. dig-
nitati nec Christianę religionis tranquillitati videar
desuisse / pro mea Virili. Interim precor vt Christus
optimus Maximus seruet amplitudinem tuam no-
bis in columem. Reliqua cognosce ex Reueren-
do patre Thoma Aheno Episcopo
Effanieñ. quem semp expertus
sum ex animo mihi fa-
uentem. Vale.

77 L 1055

X22094A



Farbkarte #13

B.I.G.

